

1201. HORIZON RERUM HUMANARUM

Vorläufige Datierung: Um 1690 bis 1693

Überlieferung:

- 5 *K* Konzept: LH IV 5, 9 Bl. 1 u. 6. 1 Bog. 2°. 1 S.
E M. FICHANT, *De l'horizon de la doctrine humaine*, 1991, S. 54–56.
Übersetzung:
M. FICHANT, *De l'horizon de la doctrine humaine*, 1991, S. 55–57.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser u. Henrik Wels

10 [Anhaltspunkte zur Datierung:] Aufgrund des Wasserzeichens dürfte unser Stück auf die frühen neunziger Jahre zu datieren sein.

[Thematische Stichworte:] *numerus arenae*; *numerus propositionum enuntiabilium*; Wiederkehr des Gleichen

[Einleitung:] —

 Horizon rerum humanarum

seu demonstratio: numerum Veritatum aut Falsitatum ab hominibus, quales nunc sunt, enuntiabilium esse limitatum: atque adeo si generis humani praesens status satis diu subsisteret rem eo deventuram, ut plerique discursus qui verbo aut scriptis fierent, verbotenus cum aliis jam olim factis coincidere deberent, imo quod amplius est, ut homines novi eadem ad sensum penitus tota vita agerent, quae alii jam egerunt

Archimedes cujus magna erat apud Hieronem Siciliae regem autoritas, Regis aulicorumque admirationem excitavit, cum forte dixisset, numerum arenae adeo non infinitum esse, ut facile futurum sit enuntiare multo majorem, quam omnia sabuli granula conficere possent, si spatium a tellure ad sidera usque arena repletum esset: Hoc ille libello demonstravit, qui etiamnum extat. Sed quid est numerus arenae, si numero veritatum falsitatumque enuntiabilium comparetur? Cum nullum arenae granulum sit quod non hujusmodi veritates falsitatesque plurimas peculiare praebere possit; quae omnes in computum venirent, praeter alias Enuntiationes innumeras circa alia objecta. Et tamen facile enuntiare intelligique numerus potest, qui harum omnium numerum vincat: quod jam ostendam.

Caeterum quo minus moveri contra difficultates possint, declaro me tantum de propositionibus enuntiabilibus loqui: neque enim nego homines habere et habere posse magnam copiam cogitationum et sensuum confusarum, impressionum, phantasmatum, somniorum, quae enuntiare non possint. Certum enim est non satis nobis suppetere verborum, ad omnes differentias subtiles qualitatum sensibilium, colorum, sonorum, odorum, gustuum, tactuum; et sensuum etiam interiorum, appetituum, voluptatum et dolorum exprimendas; quae etiam et objectorum, et nostra quotidiana mutatione plurimum variantur.

1 Horizon (1) doctrinae (a) | actionisque erg. | Humanae (b) humanae (2) rerum humanarum L 3 enuntiabilium (1), ita (2) esse L 8 autoritas, (1) idem rationem movit an (2) Regis L 13 hujusmodi erg. L 14 peculiare erg. L 14 possit (1) : Ut (2) ; | quae ... venirent, erg. | praeter L 16 omnium erg. L 16 quod (1) ita (2) jam L 18f. posse (1) cogitationem (2) magnam copiam cogitationum L 19 impressionum erg. L 21 sonorum, erg. L

11 libello: ARCHIMEDES, *De numero arenae*.